

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. P.P. ...  
Ad exequias, quas Vir ... Dn. Johannes Quistorpius, S.S. Theol. D. ... Pastor ad  
Divum Jacob: ... filiolo suo suavissimo Johanni, Hodie ... paratas cupid, Omnes  
Cives Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Kilius, [1667]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776781367>

Druck    Freier  Zugang



**R**e d e k e r , H . R . ,

i n

**J . Q u i s t o r p .**

**R**ostock . 1667 .

46.







RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS <sup>109.</sup>  
**HEINRICUS RU-**  
**DOLPHIUS** *Redeker/*

J.U. D.P.P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil.  
Consistorii Ducalis Assessor;



Ad exequias,

quās

*In fine Reverendus, & Excellētiſſimus*

D.N.

**JOHANNES**  
**QUISTORPIUS,**

S.S. Theol. D. & Profess. celeberr.  
nec non Pastor ad Divum Jacob: fideliss:  
Amicus & Collega noster venerandus,  
filiolo suo suavissimo

**JOHANNI,**

*Hodie hōrā 12. in ade Jacobae paratas cupit,*

**Omnes Cives Academicos officiosè  
& amicè invitat.**

---

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILLI, Acad. Typogr.

# Salutem!

**M**agnum certè & dulce solarium Patri filius bonus est, sed sollicitum & grave, si quid humanitus illi accidat: maximas enim parentibus suis curas & molestias parit, qui in ipso ætatis flore occidit, unde Tragicus quidam, dubitare se, ait, neque dijudicare posse, utrum melius sit progigni liberos mortalibus, aut sterili vita frui. Istos enim quibus liberi nulli sunt, miseros suo modo prædicamus, & contra illos, qui prolem genuerunt, nihil sapè feliciores videmus. Nam si malis fuerint liberi, extrema calamitas est. Rursus si probi evadunt, magnum pariunt malum, affligunt enim genitorem, dum ne quid ignominiosè causentur aut patiantur, metuit. Tantam namque amoris vim, parentum cordibus erga liberos, quibus, ut *Livius Dec. I. lib. I. ait*, nihil humano generi est charius, natura indidit, ut liberorum gratia, teste Procopio, vel omnia auderent: amant enim liberos, sicut sui aliquid existentes, filii vero amant parentes, ut aliquid ab his existens, unde longis parasangis parentum amor, liberorum amorem superat, quia magis sciunt parentes, quod liberi eis nati sint, quam quod liberi curam, sollicitudinem, & laborem Parentum astiment. Nam veluti omnis artifex diligit opus suum, & etiam ipsum magis diligit, quam ut ab ipso diligatur opere, ita parentes longe magis liberos suos diligunt, quam ab illis diligi possint. Hujus rationem autem vel ipsa natura suppeditat, quandoquidem, quod in herbis aut arboribus est humor, hoc in hominibus est amor. Sicut enim herbae ex humore nascuntur & crescunt, sic homines per amorem incipiunt & augmentur. Humor quidem de radicebus ascendit in herbam, de herba autem non revertitur ad radices, sed sursum transmittitur in semen, amor autem de parentibus descendit in filios, de filiis autem non ita revertitur ad parentes. Hinc vel innumera & in Sacra & in profana

profana historia, tam impensisim parentum amoris, exempla legere licet, ut hic illa referre sit impossibile: maxime tamen talis paternia ~~copy~~ eluet in Regio Propheta Davide 2.  
*Sam. 12. v. 16, 17.* ubi septem dierum spacio pro filii lui incohūitate orasse, nec interea temporis edisse quicquam dicitur. Magno etiam amore Patriarcha Jacobus liberos suos prosequebatur, ut legimus *Genet. 42. v. 36.* & altera illa mētrix, de qua *I. R. 3. v. 26.* refertur, quod in contradictorio illo iudicio, coram Salamone, qui superstitem partum dissecari & per partes alterutri adjudicari, ut veritatem eliceret, & veræ matris ac suppositiæ amorem discerneret, decreverat, materno affectu exardescens, super partu suo, nullatenus illum permittere voluerit dissecari, ex quo etiam ipse Rex sapientissimus dijudicare potuit, hanc ipsam, quæ vehementiorem contestabatur amorem, veram filii matrem esse. Talem affectum mater Tobiae junioris, erga patrem ipsius contestatur *Tob. 5. v. 23.* quando filio suo per egreabeunte, acerbè illacrymans, solamine maximo privari se queritur. Referunt Historici de Ægeò Athenarum Rege, quod postquam filium suum Theseum ut obsidem in Cretam misisset cum navi quadā, per omnianigris ornamentiis exstructā, ipsi in mandatis dederit, ut si contingenter in agendis eum felicem sortiri exitum, rediens navi album velum adponeret, amoto nigro, ut eminus de fortunā ejus ipsi constare possit. Theseus autem consilio Ariadnæ de Minotauro victor, mandatorum paternorum immemor, non amoto velo nigro redierit: quod ipsum cum Ægeus excelsā de turri conspexisset, Theseum filium suum mortuum ratus, ex altā illā speculā in mare se dejecerit, quod ipsius de nomine etiam hodienum Ægeum dicivolunt. Tam luctuosissimo casu ob amorem filii sui etiam extinctus est Gordianus Senior, Africæ Proconsul, qui, cum à Poenis & exercitu adversus Maximinorum crudelitatem, In perator creatus esset, & filium suum à Maximinis cæsum,


sum accepisser, præ mœroris magnitudine clam se in cubiculo suspendit. Tam potens est affectus parentum erga liberos, ut nec verbis exprimi satis possit, nec tam efficaciter ab ullo perpendi, nisi qui & ipse parentis nomen & officium circa liberos expertus fuerit. Unde Socrates interEthnicos sapientissimus judicatus Apollinis oraculo, cum aliquando cum Lamproclo filio suo pueriliter lusisset, & ob id ab Alcibiade, graviter deprehensus & vehementer derisus esset. Non est, dixit, ut me parentem cum filio rideas immoderatus, qui ignoras parentum in filios affectum, tacebis itaque, donec & ipse liberos genueris, similia tentaturus & fortasse magis puerilia, referente Eliano lib. 12. d. Var. hist. Accidit autem saepius, ut naturalem hunc amorem in cœcum & imprudentem, parentes, præsertim matres convertant, quibus quandoq; tam impotens charitas inest, ut, cum liberis suis omnia felicia cupiant evenire, nimia indulgentia teneram eorum ætatem corrumpant, emolliant & in reliqua vita efferam & imbecillam reddant; hinc plerumque fit ut ea de causa & se & liberos suos in miseras animi molestias & angustias, quas postea ægrè satis ferunt, corrigere tamen nesciunt, conjiciant; Ideoque Anacharsis interrogatus, quare non daret operam soboli procreandæ? Respondit: quia nimis amaturus essem liberos, veluti de illo Stobæus testatur. Non autem addecet tam laxè amorem erga liberos extendere, sed meminisse debent parentes, ita liberos esse procreandos, ut etiam perpendant, his ipsis à rerū naturā, & accipiendo spiritus, & reddendi, eodem momento temporis, legem dicū, atque ut mori neminem solere, qui non vixerit, ita, nec vivere aliquem posse, qui non sit moriturus, monente Valer. Max. I. 5. c. 10. Et si humanitus illis quicquam accidere videant, animi dolorem, sedare debent, mentemque suam compescere & exemplo Regii Prophetæ luctum suum contrahere. Ille enim filium languentem quidem fleverat, extinctum vero non, cogitans,

quod

quod irrecuperabilia nimium lugere, potius nullius operæ  
pretium, quam pietatis esset. Meminerint virilis illius in  
Spartana fœminâ exempli, quæ audito, quod filius in prælio  
occidisset, ideo ait, illum genui, ut esset, qui pro patria mori  
non timeret. Par huic Liviæ virtus, majorisque Corneliae,  
sed clariora sunt nomina, quarum prior, ingentis nati & ad  
summum spectantis imperium, ut terræ traditus fuit, luctum  
mox depositum, nunquam vero memoriam intermisit, altera  
filius multis, imo omnibus amissis, quorum aliquos a populo  
intersectos inhumatosque conspexerat, cœteris commis-  
rantibus & illius sortem fœmineo more deplorantibus, misera-  
ramque vocantibus, non se miseram sed felicem esse respon-  
dit, quæ tales filios genuisset. Insignis certè mulier, quæ tota  
gravibus fortunæ vulneribus oppressa, inconcussa permani-  
fit. Non vero est quod tam acerbè lugeant parentes, præpri-  
mis Christiani, si forte ante tempus, liberi vix nati ipsi siterū  
eripiantur. Non enim sit ante tempus, quod omni tempore  
fieri potest. In omnem ætatem morti patet aditus. Mortales,  
ut Anaxagoras olim dicebat, si genuisse liberos, perpendere  
debent. Nec est, quod querantur nimium, illos antecessisse  
qui se qui potius debuerant. Cum enim in plurimis inordi-  
nata sit hominum vita, nullum penitus mors ordinem ob-  
servat, & senes decrepiti cunctantur & festinant juvenes,  
præcipitant pueri, & infantes primo de vita limine detra-  
hantur. Hic cardius licet, ille oxyus, hic maturus, ille acer-  
bus, nemo non moritur, hæc summa est, ubiunque vero  
& qualibet ætatis parte quis perierit, et si acerbus fuerat,  
morte tamen maturuit. Maximè autem dolere existimant  
parentes, cum extinctis liberis sibi omnem vitæ dul-  
cedinem extictam esse. Sed nec hoc tanti esse debet, ut  
exortum inde dolorem non possint componere. Etiam  
dulcissima sëpe offendunt, & charissima impediunt, & preti-  
osissimæ rerum premunt. Dum nati vivunt, parentes illis  
vivere:

vivere convenit, defunctis illis, sibi vivere possunt. Sapientis  
est bona de malis elicere, non habent cui timeant, si liberi  
prædecesserint, mœstiores sint licet, tamē liberiores facti sūt.  
Si fleturi erant moriturum, nascentem quoque flere debuissent,  
tunc enim mori cœperat, jam vero desiit mori. Præterea  
optimam sortem accipiunt illi, qui in tenerrimâ sorte a parē-  
tibus suis in æternâ gaudia præmittuntur, nondum experti  
mundi hujus angustias & calamitates, quibus oppressi plu-  
rimi, unice id exoptant, quod hi etiam sine voto percipiunt.  
Nam diu vivere est diu peccare, peccata autem ipsam homi-  
num salutem in discrimen vocant. Iniquum proinde esset, si  
optimam hancce moriendi sortem invidere alicui quisquam  
vellet, quod ipsum omnes maxime exoptaremus, si nobis pe-  
nitus constaret quantis miseriis in omni ætate subjecti si-  
mus. Beatos itaque & ter felices illos deprædicare possumus,  
quos Deus ter Maximus tot mundi calamitatibus tam ma-  
ture eripit. Fecit autem hoc ter Optimus Deus, paucos ante dies,  
secundum suam paternam prövidentiam, quando ex bisce mundi  
miseriis suavissimum & charissimum JOHANNEM, Viri pluri-  
mum Reverendi atque Excellentissimi, Dn. JOHANNIS  
QUISTORPII. SS. Theol. D. & Prof. celeberr. Pastoris Eccle-  
siaz Jacobæ fidelissimi, Collegæ & amici nostri estimatissimi,  
filiolum, in tenerrima ætate, vix natum, at subito denatum, eripuit  
& subduxit. Cui novello cœlestis Sionis civi & incolæ, optimi Paren-  
tes, Programmabocce adornari, abs Nobis honeste, non tam  
sine mœrore ingenti petierunt. Natus autem filiolus hicce JOHAN-  
NES, itemq; renatus Christo per sacrum Baptismum per est, & vix  
sex à nativitate sua transactis sub sole septimanis ierum placide  
denatus & ita pycnus factus est, presentis hujus anni 19. Junii.  
Præter celestem patrem in terris patrem habuit, sed brevi quidem,  
prænominatum eum D. JOHANNEM QUISTORPIUM. SS.  
Theol. D. & Prof. Excellentiss. Matrem vero verè clarissimā in  
præsens autem mæstissimam SOPHIAM Scharffenbergs/ fa-  
minare


minam omnivirtutum fæminearum genere decoratissimam. Avus  
paternus ipsi fuit Vir piæ memoriae Maxime Reverend. & Ex-  
cellentissimus D. JOHANNES QUISTORPIUS S.S. Theol.  
D. & Profess. Celeberr. Superintendent & Pastor Marianus fi-  
delissimus. Avia vero paterna, Matrona itidem fæmininis dotibus  
instructissima, BARBARA Domans / ex Osnabrugâ West-  
phaliæ civitate oriunda. Avis ex parte Matris laudatur Vir  
Nobilissimus & Consultissimus DN. NICOLAUS Schaf-  
senberg/ Urbicæ hujus Reipublicæ Consul gravissimus: Avis  
eius partis fuit Fœmina Clarissima & honestissima ANNA  
Guhlen. Hisce Nobilissimis parentibus, ut reliqua majorum  
merita & dignitates taceam, filiolus pie defunctus quidem ortum  
& generationem suam debuit, sed instar celestissimi viatoris, pa-  
rentes suos superstites, quos Deus adhuc multis annis incolumes  
conservet, morte suâ anticipavit. Agni Dei sanguine mundatus  
vita caelis brabecum reportavit. Theologie distornis alumnus de-  
claratus est. Sic autem parentum suorum gaudio obitum suo quidem  
detraxit, & eorum Spem conceptam decollavit, sed in eterno gau-  
dia recepsus non in spe sed ipso opere & actu divini numinis conspe-  
ctu de facie ad faciem fruatur. Ibi enim vocabimus & videbimus,  
videbimus & amabimus, amabimus & laudabimus, quod erit in  
sine, sine fine. Ibi quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod  
non aderit, quicquid ibi erit bonum erit, & summus Deus sum-  
mum bonum erit omnino beatissimum atque certissimum semper.  
Ibi autem summum bonum est, ibi est summa felicitas, summa ju-  
cunditas, vera libertas, perfecta charitas, eterna securitas & secura-  
ternitas, ibi est vera latitia, plena scientia, omnis pulchritudo &  
omnis beatitudo. Est ibipax, bonitas, lus, virtus, gaudia, de-  
titie, dulcedo, vita porenna, gloria, requies, amor & dulcis concor-  
dia. Hic in umbra vidimus, omnia enim que submundo sunt, um-  
bris spectrisque sunt similia. & sic ut pompa iraducta, prima queque  
conspectum præterirent, tam breuem & nos vitam vivimus, quasi so-  
nnium fugax. Nulli horummodi etiam dies certa est, sed singulis  
diebus



diebus ad mortem ipsi decurrimus. Bulla sumus, Spithamamq; vite  
Et salillum anime, ut Plautus ait, tenemus, uti herba solstitialis, e-  
phemeras dicta, quod ultra diem non durat, sic vita nostra ephemera  
est, saepe ultra diem nati non vivimus. Utivasa testacea Et fictilia fa-  
cillimè comminuantur, ita vita nostra maxime imbecillis Et fragilis  
est. Omnes in mundo nati quasi flores in campis sunt, Vita in carne,  
flos in fæno est, homo more floris ex occultis Et apparet subito in pu-  
blico, Et statim per mortem retrahitur ad occultum, carnis viridia-  
ta nos ostendit, sed ariditas pulveris ab aspectu nos retrabis. Levius  
sumares est, que hominē extinguit; Bestiale minima nobis insidian-  
tur, Et parvuli serpentis morfu, aranea ictu nonnunquam perimus.  
Quoniam autem mœstissimi Parentes filiolum hunc su-  
um, in innocentissimā ætate pie defunctum, hodie efferre, &  
extremum ipsi amoris officiū tribuere destinarunt; Vos Dñm.  
Professores, Doctores, verbi divini Ministros, Magistros, Ju-  
venes studiosos, & qui præterea illiteris, vel ipsi etiam huma-  
nitati, bene cupitis, quid id in hoc luctu facere debeatis, quidve  
Nos hoc programmata velimus, scire credo. Denus proin-  
de operam, uti in solacium affictorum parentum, qui non  
tantum inter primos sunt nostri ordinis, sed & in simili ca-  
su aliis lubentissimè favere & solatio esse solent, hodie hora  
12. in æde Jacobæ a frequentes compareamus; filiolihujus fu-  
nus honorificâ præsentia cohonestemus, & cypriñua antica  
aliquam doloris partem in nos transferamus. Hoc si feceri-  
mus, possumus in animum revocare nostrum; plurimis, nior-  
tem esse in januis, omnibus in insidiis, singulis, in his anime  
induviis. Sic igitur agite Cives Academicí, & dum in Clarissi-  
morum Parentum, & totius spectatissimæ familæ gratiam,  
ad funeris hujus deductionem acceditis, quanta sit vita  
hujus instabilitas, serio perpendite.

P. P. Rost. sub Sig. Rect. 23. Junij

Anno 1667.












quod irre recuperabilia nimium lu-  
pretium, quam pietatis esset,  
Spartana fœminā exempli, quæ, a  
occidisset, ideo, ait, illum genui, u-  
non timeret. Par huic Liviæ vir-  
sed clariora sunt nomina, quarum  
summum spectantis imperium, u-  
mox depositum, nunquam vero m-  
filiis multis, imo omnibus amissis.  
interfectos inhumatosque consp-  
rantibus & illius sortem fœmineo-  
ramque vocantibus, non se misera-  
dit, quæ tales filios genuisset. Ita si  
gravibus fortunæ vulneribus opp-  
fit. Non vero est quod tam acerbè  
mis Christiani, si forte ante temp-  
eriantur, Non enim fit ante tem-  
pore fieri potest. In omnem ætatem mo-  
ut Anaxagoras olim dicebat, fe-  
re debent. Nec est, quod querantur  
qui sequi potius debuerant. Cun-  
nata sit hominum vita, nullum p-  
servat, & senes decrepiti cuncta  
præcipitant pueri, & infantes p-  
huntur. Hictardius licet, ille oxy-  
& qualibet ætatis parte quis perie-  
morte tamen maturuit. Maxim-  
parentes, cum extinctis libe-  
cedinem extinctam esse. Sed nec  
exortum inde dolorem non possit  
dulcissima sœpe offendunt, & char-  
offissimæ rerum premunt. Dum



S nullius operæ  
virilis illius in-  
filius in prælio  
pro patria mori-  
sque Corneliat,  
entis nati & ad-  
tus fuit, luctum  
termisit, altera-  
iquos à populo  
teris commis-  
rantibus, misere-  
m esse respon-  
sulier, quæ tota-  
cussa permane-  
ntes, præpri-  
nati ipsis iterii  
omni tempore  
tus. Mortales  
s, perpendere,  
os antecessisse  
uriinis inordi-  
s ordinem ob-  
liniant juvenes,  
e limine detra-  
urus, ille acer-  
bicunque vero  
cerbus fuerat,  
ere existimant  
hem vitæ dul-  
ce debet, ut  
tere. Etiam  
iunt, & preti-  
parentes illis  
vivere.